

fuisse stratamque esse a censore consuleve Fulvio aliquo probabile est. — Dertona quo loco fuerit et nomen prodit quod nunc est et itinerariorum mensurae et antiquae aetatis reliquiae ibi erudratae. — Dertonam num colonia deducta sit aetate Gracchana necne, ambegisse veteres supra vidimus; Augusti aetate coloniam fuisse Plinius scribit 3, 5, 49. *Iulia Dertona* est in titulo urbano (Orell. 74: *P. Vibi P. f. Mariani e. m. v. . . . . oriundo ex Ital. Iul. Dertona*); *col. . . . . Augusta Dertona* in n. 7376 a. u. c. 732, sed lectionis parum certae et fortasse interpolato. Utut est, coloniam eo deductam esse vel post bellum Philippense vel post Actiacum recte statuimus. Dertonensis veterani ex cohorte II praetoria tribus duplex (Henzen n. 6426: *L. Enni L. f. Pomptina Optato Dertona trib. Scaptia*) item ad deductionem tribulis tribus Scaptiae in coloniam in Pomptina censitam probabiliter refertur (Grotefend trib. p. 15). — In titulis reperiuntur magistratus hi: *Ilviri quinquennales* n. 7375, *Ilviri nude* n. 7370. 7373,

aediles autem et quaestores nulli; sacerdotes *pontifex* n. 7373, *augur* n. 7370, *flamen divi Traiani* n. 7375, *flamen* n. 7373. Accedunt *sexviri* n. 7362. 7374. *Collegia omnia* eorumque patronus inveniuntur n. 7375, quem titulum dedicat *collegium fabrum Dert(onensium)*. Cf. n. 7372. Tribum Dertonensium fuisse Pomptinam cum ex domesticis titulis constat tum ex militaribus non paucis, ut sunt urbani Kellermanni vig. n. 61: *C. Calvius C. f. Pom. Sabinus Dertona* eiusdemque n. 108: [*M. V. Jalerius M. f. Pom. Apronianus Dert.* aliique compositi apud Grotefendium trib. p. 49. Frequentiam oppidi, quam Strabo praedicat (l. c.: ἡ Δέρτων πόλις ἀξιόλογος), titulorum numerus confirmat. — *Praefectus Sarmatarum gentilium Aquis sive Tertona* est in Notitia Occidentis p. 121. *Horreorum Dertonensium*, unde per famem Liguribus frumentum publice detur, Cassiodorus (var. 10, 27. 12, 27) meminit.

7362 Dertonae.

d. S · M · I  
 INNIVIR  
 · ET  
 I · L  
 5 L  
 L  
 A F

Wolfius ms. et apud Sanguinetium p. 264. 2 VR traditur.

7363 *prestillo di un ara. A Tortona secundo lapide inter occ. et sept. rep. al Torrione da Carlo Giuseppe Priora in mezzo ad altri pezzi di marmo e ruderi Bott.*

MARIC · MINER · ET · GEN · AER · SACR

Bottazzi Tortona 1808 in folio adiecto ad finem. Cave, ne sit interpolata vel adeo conficta.

7364 Dertonae MUR.; nisi error subest.

SILVANO  
 C · SECUNDVS  
 HERMES  
 V · S · L · M

Mur. 68, 6 ex schedis suis (inde Bottazzius p. 64). At vereor, ne in loco erratum sit; nam neque alia ulla ex Dertona apud Muratorium reperiuntur nec Dertonensium auctorum ququam hunc titulum refert.

7365 arula. Dertonae in casa Carnizia WOLF. In aedibus Pernigotti prope collegium.

C · MAIVS  
 VERECVND  
 NOMINE  
 L · CASSI  
 5 CAESENNIAN  
 D · D · D

Contuli. Ed. Sanguineti p. 264 a Wolfio, qui vidit.

7366 Dertonae nell' antica chiesa di S. Martino MIL. GRUT. Nunc in episcopio.

AVREL · VETERA  
 NVS · BENEF · LATI ·  
 CLAVI · LEG · XIII · GE  
 MIN · ACIAE · DESI  
 5 DERATVS · QVI VI  
 XIT · ANNIS · XXVI  
 MENSES · VII · DIES  
 XV · AVREL · SECV  
 NDIANVS · IMA  
 10 GINIFER · LEG · SS · CON  
 SVBRINO · BENE  
 MERENTI · MEMO  
 RIAM POSVIT

Contuli. Da Milano p. 169 eodemque exemplo Grut. 1107, 1 a Cantonio; Bottazzi p. 100.

Vv. recte diviserunt Grut. Bott., male Milanus. — 12. 13 quae inclinatis dantur, habent priores, hodie desiderantur.

7368 Dertonae. *Mentre con ogni diligentia alli anni passati si cercavano nella chiesa cattedrale li corpi de' . . . santi . . . d'ordine di Monsig. Cesare Gambaro, nella capella particolare di S. Innocentio ad un braccio e mezzo di profondità fu trovata una conca di marmo fino . . . quale era coperta di una bella tavola di marmo bianco con questa iscrizione MILANO. E nel castello MIL. GRUT. — In episcopio BOTT., errore opinor.*

D M  
 ET PERPETVE  
 FELICITATI  
 AVR · VITELLIAE  
 5 AVR · QVINTIA  
 NVS · MESOR  
 LEG · V · M · CONI  
 VGI · CARISSIME  
 QVE · VIXIT · ANN  
 10 X  
 R

Mattius opin. 1598 p. 155 quaedam ex titulo affert, quem ait alibi se rettulisse; quod ubi fecerit, ignoro. Da Milano 1599 p. 172 eodemque exemplo Grut. 1107, 2 a Cantonio ex Merulae schedis. Bottazzi p. 99 omnino ex Grutero.

In vv. div. consentiunt Mil. Grut. — 2 PERPETVAE Grut. — 4 VITALLIAE Mil. — 5 QVINTIA Grut. — 6 NVS AME SOR Mil., NVS . . . FME . . . SOR Grut. — 7. 8 LEG · V · M · CONI | VGI Mattius, haec afferens inter documenta syllabarum divisionis in marmoribus obviae, LEG · V · AMECOIV | GI Mil., LEG · V · . . . COIV | GI Grut. — 8. 9 CARISSIMAE | QVAE Grut.

7367 Dertonae. *Da una tavola ridotta in molti frammenti cavato doppo molta diligenza MILANO. Apud D. Marciani aedituos GRUT. — In episcopio BOTT., errore puto.*

AVRE · EMERITA · VIXIT · ANNOS · XXI  
 ET · AVRE · IANVARIA · VIXIT · ANNOS  
 III · MENSES · VI · AVRE · IANVARIVS  
 TESSERARIVS · LEG · XIII · CONIV  
 5 GI · ET · FILIAE · BENE · MERITIS · AVRE  
 EMERITVS · NRAE · ET · NEPTI · BENE  
 MERITIS

Da Milano p. 170 eodemque exemplo Grut. 1106, 10 e Cantonii schedis. Bottazzi p. 99 vix ex lapide.

Vv. divisi ad Gruterum. — 1 AVR Bott. — 2 AVRELIA Bott. — 3 AVREL Bott. — 5 FILIE Mil. — 6 HERAE Grut. Bott., HERE Mil.